

LICEO SCIENTIFICO “A. VOLTA”
ANNO SCOLASTICO 2022-2023

PROGRAMMA SVOLTO di LATINO

Insegnante: Silvia Pincin

Classe IV G Liceo classico

Storia della letteratura e testi

Stoicismo ed epicureismo

Lucrezio

testi in lingua: *De rerum natura* 1.1-43, 1.80-101, 2.1-19, 3.31-93, 3.830-869, 4.1091-1120,

testi in italiano: *De rerum natura* 1.146-214, 1.262-264, 2.216-262, 3.931-971, 4.1121-1170, 5.146-173, 5.1105-1135, 5.1161-1240, 6.1138-1286 (confronto con la Peste di Atene narrata da Tucidide)

L'età augustea

Virgilio

testi in lingua: *Bucoliche* 1 e 4 lettura integrale;

Georgiche libro 1 vv. 1-4, 24-28, 40-42;

Eneide 1.1-33 (confronto con proemio dell'Odissea), 1.267-294 (in fotocopia), 3.22-68, 6.847-53;

testi in italiano: *Georgiche* 1.1-42, 1.118-159, 2.136-176;

Eneide libro VI lettura integrale; 8.671-719, 8.729-731, 12.887-952.

Livio

testi in lingua: *Ab urbe condita* 1.6.4 - 1.7.3, 1.16.1 - 1.16.5, 1.19, 1.21. (Cfr. Machiavelli *Discorsi*)

testi in italiano: *Ab urbe condita: Praefatio*, 1.1-2.

Orazio

testi in lingua: *Epodi* 7;

Carmina 1.1, 1.4, 1.9, 1.11, 1.20, 2.10, 3.30, 4.7

testi in italiano: *Satire* 1.1, 1.9; *Carmina* 1.23, 1.37

L'elegia

Tibullo: testi in italiano: 1.1

Propertio: testi in italiano: 1.1

Metrica:

lettura di esametro e distico elegiaco.

Lingua e revisione di argomenti grammaticali

L'uso di quin e quominus

Versioni d'autore da Cicerone e Livio (79, 93, 103, 104, 110, 120, 127, 130, 131).

Manuale in uso: M. Mortarino, M. Reali, G. Turazza, *Primordia rerum*, 1 e 2, Loescher 2019.
Turazza – Reali, *Competenze per tradurre*, Loescher 2019.

Compiti per le vacanze

Da *Competenze per tradurre* versioni 113, 118, 120 (Cicerone), 138, 141, 142 (Livio), 217 (Quintiliano)

Colle di Val d'Elsa, 10.6.2023

L'insegnante
Silvia Pincin

ALLEGATO: RECUPERO CARENZE

Il programma d'esame per il recupero carenze comprende tutti i testi in prosa letti durante l'anno, le versioni assegnate alla classe per le vacanze e le seguenti versioni aggiuntive.

Versioni aggiuntive per il recupero delle carenze

I doveri di magistrati, cittadini e forestieri

Ac ne illud quidem alienum est, de magistratuum, de privatorum, de peregrinorum officiis dicere. Est igitur proprium munus magistratus intellegere se gerere personam civitatis debereque eius dignitatem et decus sustinere, servare leges, iura describere, ea fidei suae commissa meminisse. Privatum autem oportet aequo et pari cum civibus iure vivere neque summissum et abiectum neque se ecferentem, tum in re publica ea velle, quae tranquilla et honesta sint; talem enim solemus et sentire bonum civem et dicere. Peregrini autem atque incolae officium est nihil praeter suum negotium agere, nihil de otio anquirere minimeque esse in aliena re publica curiosum. Ita fere officia reperientur, cum quaeretur quid deceat et quid aptum sit personis, temporibus, aetatibus. Nihil est autem quod tam deceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam.

(Cicerone)

Socrate sa di non sapere nulla

Famosa è questa confessione di ignoranza attribuita a Socrate, affermazione per cui Apollo l'avrebbe definito il più saggio tra gli uomini.

Socrates mihi videtur, id quod constat inter omnes, primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam et ad vitam communem adduxisse, ut de virtutibus et de vitiis omninoque de bonis rebus et malis quaereret.

Censebat enim caelestia vel procul esse a nostra cognitione vel, etiam quae maxime cognita essent, ea nihil tamen prodesse ad bene vivendum. Hic in omnibus fere sermonibus, qui ab iis qui illum audierunt perscripti varie copioseque sunt, nihil adfirmat ipse, sed solum refellit alios; nihil se scire dicit et in hoc se ceteris praestare putat: quod illi quae nesciant scire se putent, ipse se nihil scire sciat. Arbitrabatur enim se ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum ob hanc rem: quia non diceret se scire quod nesciat. Quod est una hominis sapientia.

(Cicerone)

Ci vuole misura nella generosità

La generosità verso gli amici non deve superare le nostre possibilità né elargire cose che alla lunga siano nocive, ma come ogni altra virtù deve restare nel giusto mezzo.

Deinceps, ut erat propositum, de beneficentia ac de liberalitate dicatur, qua quidem nihil est naturae hominis accommodatius, sed habet multas cautiones. Videndum est enim, primum ne obsit benignitas et iis ipsis, quibus benigne facere volumus, et ceteris; deinde ne maior benignitas sit quam facultates; tum ut pro dignitate cuique tribuatur; id enim est iustitiae fundamentum, ad quam haec referenda sunt omnia. Nam qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi, cui prodesse velle videantur, non benefici neque liberales, sed perniciosi adsentatores iudicandi sunt. Qui autem aliis nocent ut in alios liberales sint, in eādem sunt iniustitiā, ut si in suam rem aliena convertant. Sunt autem multi qui eripiunt aliis quod aliis largiantur, hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri: id autem tantum abest ab officio ut nihil magis officio possit esse contrarium. Videndum est igitur ut ea liberalitate utamur, quae prosit amicis, noceat nemini.

(Cicerone)

Uomini illustri perseguitati

Sono numerosi gli esempi di uomini perseguitati per motivi politici, ma rimasti famosi per le loro virtù, poiché le disgrazie politiche non sempre cancellano la stima acquisita nel corso della vita.

Ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur, Caeso ille Quintius et M. Furius Camillus et C. Servilius Ahala, cum essent optime de re publica meriti, tamen populi incitati vim iracundiamque subierunt, damnatique comitiis centuriatis cum in exsilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Et, his damnatis, non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestavit. Nam etsi optabilius est cursum vitae conficere sine dolore et sine iniuria, tamen ad immortalitatem gloriae plus adfert desideratum esse a suis civibus quam omnino neglectum neque violatum esse. Fortis et constans in optima vitae ratione civis P. Popilius semper fuit; tamen eius in omni vita nihil est ad laudem inlustrius quam calamitas ipsa. Quis enim iam meminisset eum bene de re publica meritum esse, nisi et ab improbis expulsus esset et per bonos restitutus? Q. Metelli praeclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena gravitatis; tamen huius viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagavit.

(Cicerone)

La fedele compagnia dei libri

Cicerone in questa lettera a Varrone riconosce di aver trascurato troppo i libri durante la guerra civile, seguendo Pompeo. Ma ora ha ripreso le letture, sperando di trarre forza dalla loro fida compagnia.

Ex tuis litteris quid ageres et ubi esses cognovi; quando autem te visuri essemus, nihil sane ex litteris potui suspicari. In spem tamen venio appropinquare tuum adventum, qui mihi utinam solacio sit, etsi tot tantisque rebus urgemur, ut nullam adlevationem quisquam, nisi stultissimus, sperare debeat; sed tamen aut tu potes me aut ego te fortasse aliqua re iuvare. Scito enim me, posteaquam in urbem venerim, in gratiam redisse cum veteribus amicis, id est cum libris; etsi eorum usum dimiseram, non quod iis succenserem, sed quod eorum me suppudebat. Videbatur enim mihi, cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demissem, praeceptis illorum non satis paruisse. Quamvis me peccasse sentiant, ignoscunt mihi, revocant in consuetudinem pristinam teque, quod in ea permanseris, sapientiore quam me dicunt fuisse. Quam ob rem, quoniam placatis iis utor, video sperare debere, si te viderim, et ea, quae premant, et ea, quae impendeant, me facile laturum.

(Cicerone)

Dichiarazione di libertà per la Grecia

In questo passo, Tito Livio riporta la celeberrima dichiarazione di libertà nei confronti della Grecia, pronunciata astutamente da Tito Quinzio Flaminio dopo la vittoria presso Cinoscefa contro i Macedoni e Filippo: in realtà Roma, ormai, è entrata in una politica imperialistica senza ritorno.

Flaminio duce, Romani Macedones vicerunt apud Cynocephalas: consul Philippo, Macedoniae regi, pacem regnumque concessit, Graeciae vero veterem statum reddidit ut legibus suis viveret et avita libertate frueretur. Isthmiorum ludorum tempus aderat, ad spectaculum undique Graeci convenerant, expectatione erecti de statu futuro Graeciae.

Praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam aream, unde sollemni carmine ludicum indici solet, processit et, tuba silentio facto, ita pronuntiat: “Senatus Romanus et T. Quinctius imperator Philippo, rege Macedonibusque devictis, liberos, immunes, suis legibus esse iubet Corinthios, Phocenses, Locrensesque omnes et insulam Euboeam et Magnetas, Thessalos, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas”. Percensuerat omnes gentes quae sub ditione Philippi regis fuerant. Audita voce praeconis, maius gaudium fuit quam quod universum homines acciperent: vix satis credere se quisque audisse et alii alios intueri, mirabundi velut ad somni vanam speciem; quod ad quemque pertinebat, suarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Reuocatus praeco, cum unusquisque non audire modo sed vidēre libertatis suae nuntium avēret, iterum pronuntiavit eādem. Tum, ab certo iam gaudio, tantus cum clamore plausus est ortus ut facile appareret nihil omnium bonorum multitudini gratius quam libertatem esse.

(Livio)

Giochi gladiatorii

Scipione assiste a un combattimento di gladiatori del tutto fuori dall'ordinario, in quanto condotto da uomini d'eccezione.

Scipio Carthaginem ad vota solvenda dis munusque gladiatorium, quod mortis causa patris patruisque paraverat, edendum rediit. Gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum ex quo lanistis comparare mos est, servorum de catasta ac liberorum qui venalem sanguinem habent: voluntaria omnis et gratuita opera pugnantium fuit. Nam alii missi ab regulis sunt ad specimen insitae genti virtutis ostendendum, alii ipsi professi se pugnatos in gratiam ducis, alios aemulatio et certamen ut provocarent provocatique haud abnuerent traxit; quidam quas disceptando controversias finire nequierant aut noluerant, pacto inter se ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt. Neque obscuri generis homines sed clari inlustresque, Corbis et Orsua, patruels fratres, de principatu civitatis quam Ibem vocabant ambigentes ferro se certaturos professi sunt. Corbis maior erat aetate: Orsuae pater princeps proxime fuerat a fratre maiore post mortem eius principatu accepto. Cum verbis disceptare Scipio vellet ac sedare iras, negatum id ambo dicere cognatis communibus, nec alium deorum hominumque quam Martem se iudicem habituros esse. Robore maior, minor flore aetatis ferox, mortem in certamine quam ut alter alterius imperio subiceretur praeoptantes, cum dirimi a tanta rabie nequirent, insigne spectaculum exercitui praebuere documentumque quantum cupiditas imperii malum inter mortales esset. Maior usu armorum et astu facile stolidas vires minoris superavit.

(Livio)